



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Ex Festis Novembris.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

Solida devotionis exercitia.

313

nationis sententiam per te pia Mater & Virgo
valeam evadere, & cum Electis Dei omnibus
ad æterna gaudia feliciter pervenire. Amen.
Hunc in finem loco tributi pro die ac hora hac
dandi pro impetranda felici morte felicitis judi-
cialis sententiæ prodromâ, tibi devotâ mente
occino cum Ecclesia ex officio tuo Hymnos hos
duos: *O gloriosa Virginum sublimis inter sydera,*
Ec. est Hymnus ad Laudes in Off. B. M. V.

*Quem terra pontus sydera colunt, adorant, prædi-
cant, Ec.* est Hymnus ad Matut. in eodem Of-
ficio.

Ex Festis Octobris.

SAnctæ Angele mi Custos impetra mihi pro fe-
lici morte, ut inspirationibus tuis sanctè obe-
diam.

S. Franciscæ Borgia, & S. Ursula ac Sociæ im-
petrate mihi pro felici morte, ut ad illam quoti-
die sim paratus. Idem impetrate mihi Patroni
hoc mense mihi dati & dandi.

Hora 4ta Pomeridiana.

Maria Mater Dei in tributum pro felici
morte impetrandâ hodie & hâc horâ te
devotâ mente interpello his duabus Ecclesiæ
Antiphonis *Regina celi letare, Ec. Salve Regina*
Mater misericordia, Ec.

Ex Festis Novembris.

OMnes Sancti & Sanctæ Dei, vos potissimum,
qui in hac vita maximè excelluistis in amo-
re Dei, impetrate cordi meo verum amorem
O
Dei.

Dei. Impetrate mihi, ut vos omnes ità colam in vita, ut in morte habeam Protectores.

Sancta Maria in templo præsentata, impetra mihi talem in divinis diligentiam, ut quâcunque horâ moriar, in templo filii tui increar præsentari. Idem impetrate mihi in hoc mense mihi dati & ad mortem usque dandi Patroni menstrui.

Hora sta Pomeridiana.

Maria Mater Dei, quò magis paulatim sol in occasum declinat, eò magis amaræ mortis meæ, à qua tota felix vel infelix pender æternitas, me oportet reminisci. Quòd ut eò fructuosius faciam, pro tributo hâc die & horâ tibi offero hymnum; *Stabat Mater dolorosa juxta Crucem lachrymosa, &c.* à me nunc ruminandum. Cùm sic Passionis & Mortis Domini mei, & quomodo per eam gladius doloris pertransierit animam tuam, species mihi vivaciùs imprimere possim. Hæc autem altè animo infixæ & semper duras cogitatio, & solatium, & auxilium in morte certò mihi adferet.

Ex Festis Decembris,

Sancta Maria semper immaculata, & S. Franciscæ Xaveri impetrate mihi, ut nunc & in hora mortis immaculatus inveniar, omni reatu culpæ ex peccato mortali ac veniali liber. Idem impetrate mihi sancti Patroni hoc mense mihi dati, & ad mortem usque dandi &c. Et ut mite habeam purgatorium ob reatum pœnæ adhuc residuum.

Jesu